# INDEX
# LECTIONUM

IN

## ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI AESTIVO A. MDCCCLXXIX

AB DIE XV M. APRILIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

---

## LUCIANEA

F. V. FRITZSCHIUS

CONTINUAVIT.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

Quum Lucianeae recensionis meae primam partem edere auderem, amplo codicum adparatu, re vel maxime necessaria munitus eram. Majorem editionem, si tota perfecta esset, mox subsequi posse videbatur editio minor, parvo illa parabilis. Et in hac quidem primum conjecturas quasdam addi volueram, si quid interim vel ab aliis vel ab me ipso melius correctum esset, deinde Vaticani 90 varietatem adponere integram: est autem et hic codex et Lucianeus 87 vere Vaticanus, non ut in bibliothecis Vaticanis alii aut Palatinus, qualis est Lucianeus 73 aut Urbinas. Inprimis vero in minore edit. hoc propositum erat, ut lectiones ad compendia breviora redactas uno omnes in conspectu ponerem satisque haberem utriusque codicum familiae libros adtulisse praecipuos, aliis (velut eo quem olim et ipse excussi Guelferbytano F) plane omissis, quorum scripturae jam editione majore continentur. Etsi vitae meae summa jam brevis, spes longa est. Quid igitur, inquit, tam multa de altera hic fabularis, quum ne prior quidem editio adhuc plane absoluta sit? Quia solemus ut in longissimo itinere, sic etiam in labore gravissimo auxilii causa socios circumspicere. Dico R. Foersterum nostrum, Libanii editorem, qui vel nuper orationem ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν egregie recensuit. Nemini enim dubium est, quin complures Luciani libros, qui visi sunt Libanium redolere, hic criticus melius aliquanto emendaturus sit, quam ego possum solus. Tum certissime in aliis qui etiamnunc supersunt dialogis magno mihi adjumento erit perspicax sollertia C. G. Cobeti et J. Sommerbrodti, qui multa soli verissime correxerunt optimeque de Luciano meriti sunt. Ergo aut de utraque perficienda aut de majore saltem Luciani mei editione spem nondum abjecimus. Quo minus dubito nunc iterum ad Samosatensem reverti et quo in loco substiteram, ibidem continuo pergere. Ceterum ex hisce ‚mortuorum dialogis‘ pars postrema inde ab vicesimo criticis valde arridet floretque laete quasi arbor niveis uberrima pomis, non item XVtus et proximi: hic enim ager non pomum, non dulces educat uvas. Non ideo tamen licet summa miscere imis, sed justum dialogorum ordinem decet servare.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

## XIV, 2.

## ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

2. ΦΙΛ. Τίνων δὲ ἐκράτησας σύ γε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, ὃς δειλοῖς ἀεὶ ξυνηνέχθης τοξάρια καὶ πελτάρια καὶ γέρρα οἰσύϊνα προβεβλημένοις; Ἑλλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν, Βοιωτῶν καὶ Φωκέων καὶ Ἀθηναίων· καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτικὸν καὶ τὴν Θετταλὴν ἵππον καὶ τοὺς Ἠλείων ἀκοντιστὰς καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικὸν ἢ Θρᾷκας ἢ Ἰλλυριοὺς ἢ Παίονας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα.
396 Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καὶ Χαλδαίων, * χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν, οὐκ οἶσθα ὡς πρὸ σοῦ μύριοι μετὰ Κλεάρχου ἀνελθόντες ἐκράτησαν οὐδ᾽ ἐς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι φυγόντων; 3. ΑΛΕΞ. ἀλλ᾽ οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον. καὶ ὅμως οὐ διαστήσας αὐτοὺς οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας ἐκράτουν αὐτῶν· οὐδ᾽ ἐπιώρκησα πώποτε ἢ ὑποσχόμενος ἐψευσάμην ἢ ἄπιστον ἔπραξά τι τοῦ νικᾶν ἕνεκα. καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ τοὺς μὲν ἀναιμωτὶ παρέλαβον, Θηβαίους δὲ ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον. ΦΙΛ. οἶδα ταῦτα πάντα. Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.
4. σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν κάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς καὶ τιάραν
397 ὀρθὴν ἐπέθου καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ * Μακεδόνων, ὑπ᾽ ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους· καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, λέουσι συγκατακλείων πεπαιδευμένους ἄνδρας καὶ γάμους τοσούτους γαμῶν καὶ Ἡφαιστίωνα ὑπεραγαπῶν. ἓν ἐπῄνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου τῆς τοῦ Δαρείου γυναικὸς καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ

---

2. τίνων ἐκράτησας σύ γε ἀξ. v, τίνων γε ἐκράτησας ἀξ. 𝔄, τίνων γε ἐκράτησας σὺ ἀξ. Φ et fortassis Ω, τίνων γε ἐκράτησας σύ γε ἀξ. ΒΟΨ, unde Jacobitius τίνων δὲ ἐκράτησας σύ γε ἀξ. conjecit probante Bekkero. possis: τίνων σύ γε ἐκράτησας ἀξ. sed alterum praestat. ὃς om 𝔄. ξυνηνέχθης ΒΟΔΨ et (?) Ω, συνηνέχθης 𝔄 et v, συνέζης Φ. πελτάρια] πελτίδια 𝔄ΩΦ et scholiasta. οἰσύϊνα] υσσιινα 𝔄. quod hic in B scholium exstat bene longum idque nunc mutilum: οἰσύα γένος τι ἰτέας — φερομένων βελῶν (T. IV p. 72), id supplendum est ex illo loco, qui verbotenus consentit in Etymol. M. sub Οἰσύϊνα p. 561 ed. Lips. Et olim Hemsterhusius alibi (I p. 372) ab Etymologo nostrum scholiastam saepe exscribi, non contra, judicavit: quae res in nostrum l. cadit manifesto. vide etiam E. Rhodium in Mus. Rhen. vol. XXV a. 1870 p. 548 sqq. at de novitiis scholiis (Galaeanis maxime) Cobetus in V. L. p. 212 jure queritur, quae ex Etymologo vel Suida sane descripta sunt. Φωκέων] φονέων Ο (ita Ο). Θετταλὴν ΒΟΨ et v, θετταλικὴν 𝔄ΩΦΜΤUV. Μαντινέων] Μαντινιων 𝔄. ἰλλυρίους Β. ἢ Παίονας ΒΟ (ita Ο) ΨΔ𝔄 καὶ Παίονας ΩΦ, ἢ καὶ Παίονας v. καὶ Περσῶν om Ψ. καὶ Χαλδαίων om 𝔄. χρυσοφόρων Ψ𝔄ΩΦ cum Hemsterhusio, καὶ χρυσοφόρων ΒΟ et v. πρὸ σοῦ] πρὸς σοῦ Ο. ἐς χεῖρας ΒΟΨΔ, εἰς χεῖρας 𝔄ΩΦ et v. τὸ τόξευμα ΒΟ (ita Ο) ΨΔΜ, sed τόξευμα 𝔄ΩΦ et v, quod Cobetus in V. L. p. 230 jure probavit. notae sunt enim formulae ἐντὸς et ἔξω τοξεύματος. adde Herodotum IV, 139: ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται. et in nostri Zeuxide c. 10: πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι ab duobus codd. articulus abest. φυγόντων ΒΟ𝔄ΨΩ et v, φευγόντων ΔΜΦ.

3. ἀλλ᾽ οἱ Σκύθαι] ἀλλὰ σκύθαι ΒΟΨΔ, ἀλλ᾽ οὐ σκύθαι 𝔄ΩΦΜ. καὶ οἱ Ἰνδῶν] οὐδὲ οἱ ἰνδῶν 𝔄, οὐδὲ ἰνδῶν ΩΜ. ἐλέφαντοι Ο. οὐκ om 𝔄Φ. τι ἔργον ΩΦ et v, τὸ ἔργον ΒΟΨ, ἔργον 𝔄Δ. διαστήσας ΒΟΨ et v, διασπάσας 𝔄ΩΦVT et lemma scholii. νίκας] δίκας Ο. ἐπιώρκησα πώποτε ἢ] ἐναρκησα ποτε οὐδ᾽ 𝔄. ἔπραξά τι] ἔπραττόν τι Φ. Ἕλληνας] ἄλλους ΩΦΜ soli. δὲ om Ψ. ἴσως om Ψ. ὅπως] πῶς 𝔄ΩΦ. ταῦτα πάντα] πάντα ταῦτα Φ. ἀπήγγειλέ μοι] ἀπήγγειλεν 𝔄. δορατίῳ] δόρατι Ψ. διελάσας] ἐλάσας 𝔄. ἐφόνευσας] ἀπέκτεινας 𝔄.

4. καὶ τὴν] καὶ om Ω. κάνδυν] κάνδω Ο (ita Ο), καὶ κάνδυν 𝔄. scholium codicis B (IV p. 73 J.) Cobetus (V. L. p. 278) itemque A. Eberhardus (Philogelos p. 72) bene expediverunt. μετενέδυς] μετενδὺς 𝔄. ὑπ᾽ ἐλευθέρων ΒΟΨΦ et v, ἐλευθέρων 𝔄Ω cum Solano, quem Cobetus in V. L. p. 230 minus bene sequitur nec satis perpendit Lucianum fuisse rhetorem. nam in anaphora rhetorica praepositio jure repetitur, ut in Quaestt. L. p. 127 certorum locorum fide ostendi. contra in mera appositione nullum locum esse repetitioni satis constat. τὰ τῶν] τὰ om Ψ. πεπαιδευμένους ἄνδρας] πεπεδημένους ἀνθρώπους 𝔄. γάμους τοιούτους γαμῶν edd. vett. et (?) B, γάμους τοιοῦτους (sic) γαμῶν Ο, γάμους τοιούτων γαμῶν Ψ, τοιούτους γαμῶν γάμους Μ, sed τοσούτους γαμῶν γάμους ΩΦ, γάμους τοσούτους γαμῶν 𝔄T(V), ut ego olim scripsi contulique Jov. Confut. 16. multas Alexander simul habuisse uxores dicitur.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

τῶν θυγατέρων ἐπεμελήθης· βασιλικὰ γὰρ ταῦτα. 5. ΑΛΕΞ. τὸ φιλοκίνδυνον δέ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς καὶ τὸ ἐν Ὀξυδράκαις πρῶτον καθαλέσθαι ἐντὸς τοῦ τείχους καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα; ΦΙΛ. οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐχ ὅτι μὴ καλὸν οἴομαι εἶναι καὶ τιτρώσκεσθαί ποτε τὸν βασιλέα καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ ἀλλ᾽ ὅτι σοι τὸ τοιοῦτον ἥκιστα συνέφερε· θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν, εἴ ποτε τρωθείης καὶ βλέποιέν σε φοράδην τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, αἵματι ῥεόμενον, οἰμώζοντα ἐπὶ τῷ τραύματι, ταῦτα * γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι, καὶ ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευ- 398
δόμαντις ἠλέγχετο καὶ οἱ προφῆται κόλακες. ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λιποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νῦν μὲν γάρ, ὁπότε ἤδη τέθνηκας, οὐκ οἴει πολλοὺς εἶναι τοὺς τὴν προσποίησιν ἐκείνην ἐπικερτομοῦντας, ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξῳδηκότα κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; ἄλλως τε καὶ τοῦτο ὃ χρήσιμον ἔφης, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸ διὰ τοῦτο κρατεῖν ῥᾳδίως, πολὺ τῆς δόξης ἀφῄρει τῶν κατορθουμένων· πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ θεοῦ γίγνεσθαι δοκοῦν. 6. ΑΛΕΞ. οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀλλ᾽ Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἐνάμιλλον τιθέασί με. καίτοι τὴν Ἄορνον ἐκείνην, οὐδετέρου ἐκείνων λαβόντος, ἐγὼ μόνος ἐχειρωσάμην. ΦΙΛ. ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ὡς υἱὸς Ἄμμωνος λέγεις, ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλειν σεαυτὸν οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Ἀλέξανδρε; οὐδὲ [νῦν] τὸν τῦφον ἀπομαθήσῃ καὶ γνώσῃ σεαυτὸν καὶ συνήσεις ἤδη νεκρὸς ὤν;

---

ἓν ἐπῄνεσα] ὃ δὲ ἐπῄνεσα 𝔄. ἀκούσας om Ψ. τοῦ Δαρείου] τοῦ om 𝔄ΩΦ. ταῦτα] ταῦτά γε corrigit Schwidopius in Obs. L. III p. 19, uti Lucianus solet.

5. καθαλέσθαι ΒΨ, καθελέσθαι Ο𝔄, καθάλλεσθαι ΩΦ, καθαλέσεσθαι (suprascripto καθαλέξεσθαι) ΔV, καθάλλασθαι M, καθάλασθαι edd. vett. vide Buttmannum in Gr. Gr. II p. 108 et mea ad Luc. I. II. p. 74. Fallitur Cobetus in V. L. p. 206 et p. 234. ἐντὸς ΒΟΨ et fortassis Ω, ἐς τὸ ἐντὸς 𝔄, εἰς τὸ ἐντὸς Φ
καὶ
et v. cf. D. Mort. XIII, 3 fin. οὐχ ὅτι μὴ καλὸν] οὐχ ὃ μὴ καλὸν Φ. οἴομαι εἶναι καὶ BODM, οἶμαι εἶναι καὶ 𝔄Φ, εἶναι οἴομαι καὶ Ω, εἶναι οἶμαι καὶ vulgo, εἶναι καὶ (om οἴομαι) Ψ. τὸ τοιοῦτον ΒΟΔ𝔄Ψ, τὸ τοιοῦτο DΩΦ, τοιοῦτο edd. vett. τρωθείης καὶ] τρωθεί τις καὶ O (ita O). βλέποιεν BODVΨ𝔄ΩΦ, βλέπειεν edd. vett. φοράδην τοῦ πολέμου] φοράδην ἐκ τοῦ πολέμου 𝔄, φοράδην (om τοῦ πολέμου) Ω. αἵματι ῥεόμενον οἰμώζοντα] haec om 𝔄. ὁρῶσι καὶ 𝔄ΩΦ et v, ὁρῶσιν ἢ καὶ ΟΨ, ὁρῶσιν, ἧ καὶ B absurde. error ἢ vel ἡ nasci potuit e dittographia: γέλως τοῖς ὁρῶσιν ἦν. cf. Jov. Trag. 29 fin. ὁ Ἄμμον] Ἄμμων 𝔄Ψ, ὁ μάντις M. ἐγέλασεν] ἐγέλασε 𝔄. λιποψυχοῦντα Bekker. libri λειποψυχοῦντα praeter M qui: ἀποψυχοῦντα et Ω qui: ἀποψύχοντα. δεόμενον] καὶ δεόμενον 𝔄. τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν;] τῶν ἰατρῶν; (om βοηθεῖν) 𝔄, τὸν ἰατρὸν βοηθεῖν BO, βοηθεῖν τὸν ἰατρὸν Δ. νῦν — τέθνηκας] νῦν γὰρ ὅτι ἤδη γε τέθνηκας 𝔄. προσποίησιν] προσκύνησιν M solus. τὸν νεκρὸν] τὸν υἱὸν 𝔄, errore e superioribus. ἐξῳδηκότα] ἐξενδηκότα O (ita O). σωμάτων ἁπάντων] ἁπάντων τῶν σωμάτων ΩΦΜ. ἄλλως (ἄλλω O) τε καὶ τοῦτο, ὃ (ὦ D) χρήσιμον ἔφης ΒΟΔDΨ, ἄλλως τε καὶ τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφητ ΩΦ et v, sed 𝔄 sic: ἄλλως τε ὦ Ἀλέξανδρε καὶ τὸ χρήσιμον ὃ ἔφης διὰ (transponit ὦ Ἀλέξανδρε et omittit τὸ ante διὰ, caetera ut vulgo). quod ex optimis codd. restitutum est, id Solanus conjecerat. sed Lehmanni conjectura: ἄλλως τε καὶ τοῦτο τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφης — videtur improbanda esse. ὦ Ἀλέξανδρε ΒΟΨΩ et qui transponit 𝔄, Ἀλέξανδρε v et fortasse Φ. διὰ τοῦτο] διατοῦτο B. πολὺ τῆς δόξης ἀφῄρει ΒΟΨ, πολὺ τῆς δόξης ἀφῄροιτο (sic) 𝔄, πολύ σε τῆς δόξης ἀφῄρητο ΩΦ, πολύ σε τῆς δόξης ἀφῃρεῖτο edd. vett. πᾶν γὰρ] ἅπαν γὰρ 𝔄ΦΜ. ἐδόκει ἐνδεὲς] ἐνδεὲς ἐδόκει M, ἐνδεὲς (om ἐδόκει) Ω. γίγνεσθαι ΒΟΨΩ, γενέσθαι 𝔄, γίνεσθαι Φ et v.

6. ἀλλ᾽ O et v, ἀλλὰ ΒΨ𝔄ΩΦ. Ἄορνον ΒΨΩΦ et v, Ἄορνιν (Αορνιν 𝔄) TUV𝔄, ἄορον O. οὐδετέρου 𝔄Φ cum Lehmanno, οὐδὲ ἑτέρου Ω, οὐθετέρου Ψ, οὐθ᾽ ἑτέρου v (de BO tacetur). ἐκείνων om 𝔄 solus. μόνος] μόνον Δ. υἱὸς Ἄμμωνος] Ἄμμωνος υἱὸς 𝔄ΩΦ soli. ὃς] ὅτι 𝔄 (errore e superioribus). παραβάλλεις σεαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ Φ et v, παραβάλλεις ἑαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ ΒΟΨ, παραβάλλεις σεαυτὸν (ἑαυτὸν Ω) οὐκ αἰσχύνῃ 𝔄Ω (ambo diserte om καί). ambo confirmant emendationem meam, quam nunc recepi: παραβάλλειν σεαυτὸν οὐκ αἰσχύνῃ —. οὐδὲ τὸν τῦφον Β𝔄, οὐδὲ τὸν τύφον v. at cum emendatione, quam dixi, necessario cohaeret supplementum meum: οὐδὲ νῦν τὸν τῦφον —; tu vide gemina in D. Mort. 28, 3 (item in fine dialogi): ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τῶν ψευσμάτων; — ἀπομαθήσῃ] ἀποθήσῃ 𝔄. γνώσῃ σεαυτὸν] γνώσεις ἑαυτόν B. καὶ συνήσεις 𝔄Ψ (diserte) cum Lehmanno, καὶ συνίεις Φ, καὶ συνῆς (rasura in η) Ω, καὶ συνῆς (vel συνῇς) edd. vett. et fortasse (?) BO. frustra Cobetus in V. L. p. 107 συνεὶς (deleto καὶ) conjiciebat dissentiens ab Hemsterhusio. ἤδη om 𝔄 solus.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

## XV.

399 ## * ΑΝΤΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΑΧΙΛΛΕΩΣ.

1. ΑΝΤ. Οἷα πρῴην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσέα σοι εἴρηται περὶ τοῦ θανάτου; ὡς ἀγεννῆ καὶ ἀνάξια τοῖν διδασκάλοιν ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος. ἠκροώμην γὰρ, ὁπότε ἔφης βούλεσθαι ἐπάρουρος ὢν θητεύειν παρά τινι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, μᾶλλον ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἀγεννῆ τινα Φρύγα καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν, τὸν Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὑτοῦ διανοεῖσθαι πολλὴ αἰσχύνη καὶ ἐναντιότης πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν
400 τῷ βίῳ· ὃς ἐξὸν ἀκλεῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν, * ἑκὼν προείλου τὸν μετὰ τῆς ἀγαθῆς δόξης θάνατον. 2. ΑΧ. ὦ παῖ Νέστορος, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπειρος ἔτι τῶν ἐνταῦθα ὢν καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἦν ἀγνοῶν τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου. νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελὴς, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι· μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία, καὶ οὔτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, οὔτε ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες· καὶ οὔτε οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ δεδίασί με οὔτε οἱ τῶν Ἀχαιῶν θεραπεύουσιν, ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς καὶ νεκρὸς ὅμοιος ἠ μ ὲ ν κ α κ ὸ ς ἠ δ ὲ κ α ὶ ἐ σ θ λ ό ς. ταῦτά με ἀνιᾷ καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν. 3. ΑΝΤ. ὅμως τί ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας· ὥστε χρὴ
401 ἐμμένειν τῷ νόμῳ καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμένοις. * ἄλλως τε ὁρᾷς, τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σέ ἐσμέν ὧδε· μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. ὁρᾷς τὸν Ἡρακλέα καὶ τὸν Μελέαγρον καὶ ἄλλους θαυμαστοὺς ἄνδρας, οἳ οὐκ ἂν οἶμαι δέξαιντο ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνδράσιν. 4. ΑΧ. ἑταιρικὴ μὲν ἡ παραίνεσις, ἐμὲ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ μνήμη τῶν παρὰ τὸν βίον ἀνιᾷ, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν ἕκαστον· εἰ δὲ μὴ ὁμολογεῖτε, ταύτῃ χείρους ἐστὲ καθ' ἡσυχίαν αὐτὸ πάσχοντες. ΑΝΤ. οὐκ, ἀλλ' ἀμείνους, ὦ Ἀχιλλεῦ· τὸ γὰρ ἀνωφελὲς τοῦ λέγειν ὁρῶμεν· σιωπᾶν οὖν καὶ φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι δέδοκται ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν ὥσπερ σὺ τοιαῦτα εὐχόμενοι.

---

XV.

libri Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου.

1. ἀχιλεῦ Φa, ὦ Ἀχιλλεῦ 𝔄. ὁπότε] ὅτ' 𝔄. βούλεσθαι ἐπάρουρος ὢν] βούλεσθαι Ψ, βούλεσθαι ἐπ' ἄρουραν ὢν 𝔄. τινὶ τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη Ω et v, τινι ἀκλήρῳ (caeteris omissis) 𝔄, τισι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίος τινὶ πολὺς εἴη ΒΟΦ et fortasse Μ, τισι τῶν ἀκλήρων ἐπάρουρος ὢν ᾧ μη βίοτος πολὺς τινι εἴη Ψ. vide Od. λ', 490. Φρύγα καὶ πέρα 𝔄 cum Cobeto (V. L. p. 296), Φρύγα δειλὸν καὶ πέρα caeteri. ἔχοντος] ἔχοντα τὸ 𝔄. ἡρώων] τῶν ἡρώων 𝔄. ἑαυτοῦ ΩΜ, αὐτοῦ caeteri, etiam 𝔄 qui transponit: οὕτω ταπεινὰ διανοεῖσθαι περὶ αὐτοῦ. ἀκλεῶς] ἀκλεῶς σοι 𝔄. ἐν τῇ Φθ. πολυχρόνιον βασ. ΒΟ et v, πολυχρόνιον om Ψ solus, sed ἐν τῇ Φθ. βασιλεύειν πολυχρόνιον 𝔄, πολυχρόνιον ἐν τῇ Φθ. βασ. ΩΜ.

2. ἄπειρος — καὶ τὸ] ἄπειρος ὢν τῶν ἐν ᾅδου καὶ τὸ 𝔄. ἐκείνων ὁπότερον] ἐκεῖνο πότερον 𝔄. ἤδη] τοῦτο ἤδη 𝔄. οἱ ἄνω] εἰ ἄνω Ψ. εἰ καὶ — ῥαψ.] εἰ καὶ οι αν (sic) ὅτι μάλιστα ῥαψ. 𝔄. ῥαψῳδήσουσι] ῥαψῳδήσασι Ψ. τὸ κάλλος ἐκεῖνο ὦ Ἀντ.] τὶ κάλλος ἐκεῖνο ἀντίλοχε Φ. ἡ ἰσχὺς] ἰσχὺς 𝔄. ἅπαντες] πάντες 𝔄. τῷ αὐτῷ] τῷ ἄλλῳ 𝔄. οἱ τ. Τ. νεκροὶ δεδίασί] τῶν Τρώων οἱ νεκροὶ φρίττουσί 𝔄. τῶν Ἀχαιῶν] Ἀχαιοὶ 𝔄. ἰσηγορία] ἰσημοιρία Ψ solus. ἠμὲν κακὸς ἠδὲ] ἡ μὲν κακὸς ἡ δὲ Ο. vide Il. ι', 319. ζῶν. ΑΝΤ. ὅμως] ζῶν ὅμως. ΑΝΤ. 𝔄.

3. libri τί οὖν ἂν —. ego οὖν delevi. πάθοι] μάθοι Φ. ἅπαντας] πάντας 𝔄. νόμῳ] μοιριδίῳ 𝔄. τοῖς] ἐπὶ τοῖς 𝔄. ὁρᾷς] ὁρᾶν Ψ. τῶν ἑταίρων ὅσοι] ὅσοι τῶν ἑταίρων 𝔄. ὧδε ΒΟΨV, οὐ 𝔄, οἶδε Ω, οἶδε Φ et v. μετὰ — πάντως] μετὰ μικρὸν καὶ Ὀδυσσεὺς αὐτὸς πάντως ἀφίξεται 𝔄. καὶ ἡ] καὶ om 𝔄. αὐτὸν πεπ.] immo: αὐτὸ πεπονθέναι. οἶμαι δέξαιντο] οἶμαι δέξωνται 𝔄, δέξαιντο οἶμαι Ψ. αὐτοὺς ἀναπέμψειε] αὐτοὺς πέμπει 𝔄, ἤθελε αὐτοὺς ἀναπέμψειν Ψ. ἀβίοις] ὁμοίως Ψ. ἀνδράσιν] ἀνδράσι a.

4. τὸ γὰρ ἀνωφελὲς] τί γὰρ ὄφελος 𝔄. σιωπᾶν γὰρ ΒΟ (ita Ο) ΨΩΦ et v, σιωπᾶν δὲ Δ, σιωπᾶν μὲν οὖν 𝔄. Hemsterhusius σιωπᾶν γοῦν conjecerat, ego nunc σιωπᾶν οὖν edidi, quum in Qu. L. p. 183 vulgatam tenuissem. δέδοκται ΒΟV𝔄ΨΩΦ, δέδοται edd. vett. ὄφλωμεν] προσόφλωμεν 𝔄. ὥσπερ σὺ ΒΟ𝔄ΩΦ et v, ὥσπερ καὶ σὺ ΨΜ soli. τοιαῦτα] ταῦτα d. εὐχόμενοι] εὐχόμενος Ο. τοιαῦτα εὐχόμενοι] ποιῶν διηγούμενοι 𝔄.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 6 of 14

## XVI.

## * ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. 402

1. ΔΙΟΓ. Οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὐμενουν ἄλλος, μὰ τὸν Ἡρακλέα· τὸ τόξον, τὸ
ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος, ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν. εἶτα τέθνηκε Διὸς υἱὸς ὤν; εἰπέ μοι, ὦ καλλίνικε,
νεκρὸς εἶ; ἐγὼ γάρ σοι ἔθυον ὑπὲρ γῆς ὡς θεῷ. ΗΡΑ. καὶ ὀρθῶς ἔθυες· αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ
Ἡρακλῆς ἐν τῷ οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεστι, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην· ἐγὼ δ' εἴδωλόν
εἰμι αὐτοῦ. ΔΙΟΓ. πῶς λέγεις; εἴδωλον τοῦ θεοῦ; καὶ δυνατὸν ἐξ ἡμισείας μέν τινα θεὸν εἶναι,
τεθνάναι δὲ τῷ ἡμίσει; ΗΡΑ. ναί· οὐ γὰρ ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ.
* 2. ΔΙΟΓ. μανθάνω. ἄντανδρόν σε τῷ Πλούτωνι παρέδωκεν ἀνθ' ἑαυτοῦ· καὶ σὺ τοίνυν ἀντ' 403
ἐκείνου νεκρὸς εἶ; ΗΡΑ. τοιοῦτό τι. ΔΙΟΓ. πῶς οὖν ἀκριβὴς ὁ Αἰακὸς ὢν οὐ διέγνω σε μὴ
ὄντα ἐκεῖνον, ἀλλὰ παρεδέξατο Ἡρακλέα ὑποβολιμαῖον ὄντα; ΗΡΑ. ὅτι ἐῴκειν ἀκριβῶς. ΔΙΟΓ.
ἀληθῆ λέγεις· ἀκριβῶς γάρ, ὥστε αὐτὸς εἶναι. ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστὶ καὶ σὺ μὲν εἶ ὁ
Ἡρακλῆς, τὸ δὲ εἴδωλον γεγάμηκε τὴν Ἥβην παρὰ τοῖς θεοῖς. 3. ΗΡΑ. θρασὺς εἶ καὶ λάλος·
καὶ εἰ μὴ παύσῃ σκώπτων εἰς ἐμέ, εἴσῃ αὐτίκα, οἵου θεοῦ εἴδωλόν εἰμι. ΔΙΟΓ. τὸ μὲν τόξον
γυμνὸν καὶ πρόχειρον· ἐγὼ δὲ τί ἂν ἔτι φοβοίμην σε ἅπαξ τεθνηκώς; ἀτὰρ εἰπέ μοι πρὸς τοῦ
σοῦ Ἡρακλέους, ὁπότε ἐκεῖνος ἔζη, συνῆς αὐτῷ καὶ τότε εἴδωλον ὤν, ἢ εἷς μὲν ἦτε παρὰ τὸν
βίον, ἐπεὶ δὲ ἀπεθάνετε, διαιρεθέντες * ὁ μὲν ἐς θεοὺς ἀπέπτατο, σὺ δὲ τὸ εἴδωλον, ὥσπερ εἰκὸς 404

---

XVI.

hoc dialogo non tam Homerus vere ridetur quam Onomacritus, qui Od. λ', 602—604 tres versus (non unum modo) interpolando primum addidit. vide inprimis Köchlyum De Odysseae Carmin. III p. 20, quem Bernhardyus (Gr. Lit. Gesch. II p. 68) sequitur. Lucianus tamen pariter atque Pausanias II, 13, 3 ipsi Homero hos versus tribuerunt, probante ad h. l. Hemsterhusio V. S., qui hodie aliter judicaret. sed Aristarchus, ut docent schol. Homeri l. l. et Pindari Ol. I, 97 non solum tres versus quos dixi sed v. 565—627 omnes ab Homero abjudicavit. et Aristarcho bene adsentiens Porsonus ad Eur. Or. v. 5 totum hunc locum poetae esse censet Homero recentioris, antiquioris tamen Onomacrito, cui Porsonus unicum versum 604 dare volebat. ac forsitan Onomacritus tres tantum versus 602—604 ipse addiderit caeteris ab alio poeta epico adsumtis. nuper tamen docuit nos grammaticus in Crameri Anecd. Paris. I p. 6 i. e. Tzetzes, in quatuorvirorum numero, qui Pisistrati jussu Homeri recensionem (διόρθωσιν) curarint, fuisse etiam hunc ipsum Onomacritum. ita quanquam nullo modo probabile est, potuit tamen fieri, ut v. 565—627 Onomacritus poëta ipse primum conscriberet. atque hos versus saepe Lucianus ridet, ubique tanquam Homericos, velut in proximo dialogo (XVII) Tantali poenam i. e. Od. λ', 582 sqq., quem locum etiam Pausanias X, 31, 4 Homero ipsi tribuere non dubitat.

1. λεοντὴ Bbc λεοντῇ a. σοι] σε Ψ. θεῷ] θεὸν Ψ. ὡς θεῷ] haec om 𝔄. μὲν γάρ] γάρ om Ω. ἐν τῷ οὐρανῷ ΒΔΨΦ. ἐν οὐρανῷ 𝔄O (ita O) Ω et v. καλλίσφηρον Ψ. καὶ — Ἥβην] Od. λ', 604. δ'] δὲ 𝔄Ω. εἴδωλόν εἰμι αὐτοῦ] εἴδωλον αὐτοῦ εἰμί. Φ, εἴδωλον τοῦ θεοῦ 𝔄. πῶς — θεοῦ] haec om 𝔄. octo verba καὶ δυν. — εἶναι om BOΨ, sed Φ habet sic: καὶ δυν. ἐξ ἡμ. μὲν θεὸν εἶναί τινα, τεθνᾶναι —. ἐκεῖνος — εἰκὼν] ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐγὼ τέθνηκα, ἡ εἰκὼν 𝔄. ἡ εἰκὼν] ἡ om Ψ.

2. ἄντανδρόν] αὔτανδρόν Φ. τῷ πλούτωνι παραδέδωκεν Φ, πλούτωνι παρέδωκεν (om τῷ) Ψ, παρέδωκε (παρέδωκεν Ω) τῷ Πλούτωνι 𝔄Ω. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ 𝔄. τοίνυν BOΨ, μὲν ΩM, νῦν 𝔄Φ et v. ΗΡΑ. τοιοῦτό τι] haec om BO (ita O) Ψ𝔄Φ, habet Ω ut v. ΔΙΟΓ. om etiam a. ὁ Αἰακὸς ὢν BO (ita O) ΨΔΦ, ὢν ὁ Αἰακὸς 𝔄Ω et v. οὐ διέγνω BOΨΔΦ, οὐκ ἔγνω 𝔄Ω et v. παρεδέξατο] ἐδέξατο ΩM. Ἡρακλέα ὑποβολιμαῖον ὄντα Ω, ὑποβολιμαῖον ὄντα Ἡρακλέα M, ὑποβολιμαῖον Ἡρακλέα παρόντα BO𝔄ΨΦ et v. ἐῴκειν] ἐῴκει Ψ. αὐτὸς εἶναι BO𝔄ΨΩ, αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι Φ et v. sex verba ὅρα — ἐστί hinc adfert Thomas p. 235, 17. καὶ σὺ μὲν Δ(V) cum Hemsterhusio, σὺ μὲν BO𝔄ΨΩΦ et v. εἶ om Ω. παρὰ] περὶ bc.

3. εἰς ἐμὲ 𝔄ΨΩ, ἐς ἐμὲ BOΦ et v. ΔΙΟΓ.] persona infra ante ἐγὼ δὲ in codice Bourdeloti. ξύλον DVΔΨ, sed τόξον BO𝔄ΩΦ et v. alluditur ad Od. λ', 607, ubi τόξον exstat. ἔτι om 𝔄. τεθνηκὼς BOΔDΨ, τεθνηὼς 𝔄, τεθνεὼς ΩΦ et v. ἀτὰρ] ἀλλ' 𝔄, ἀλλὰ γὰρ ΩM. τοῦ σοῦ Ἡρακλέους] σοῦ om 𝔄 solus. nominativus est ὁ σὸς Ἡρακλῆς, de quo in Quaestt. L. p. 127 eo minus dubitare debebam, quo aptius contuleram (Luc.) Asin. 56: οὐχὶ σοῦ, ἀλλὰ τοῦ ὄνου τοῦ σοῦ ἐρῶσα. sic apud Apulejum, qui haec latina fecit, Lucius dicere solet ‚asinus meus' (Metam. VII p. 474, IX p. 619, XI p. 785), contra asinus dicit ‚meus Lucius' (ib. X p. 734, XI p. 755). plura hujusmodi collegit Pricaeus ad Metam. VII p. 474. adde vero Priscianum 17, 27 (T. II p. 103 Kr.) ita consentientem ut tamen in

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 7 of 14

ἦν, εἰς ᾅδου πάρει; ΗΡΑ. ἐχρῆν μὲν μηδ᾽ ἀποκρίνασθαι πρὸς ἄνδρα οὕτως ἐρεσχηλοῦντα· ὅμως δ᾽ οὖν καὶ τοῦτο ἄκουσον· ὁπόσον μὲν γὰρ Ἀμφιτρύωνος ἐν τῷ Ἡρακλεῖ ἦν, τοῦτο τέθνηκε καί εἰμι ἐγὼ ἐκεῖνο πᾶν, ὃ δὲ ἦν τοῦ Διός, ἐν οὐρανῷ σύνεστι τοῖς θεοῖς. 4. ΔΙΟΓ. σαφῶς νῦν μανθάνω· δύο γάρ, φής, ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ᾽ Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ παρὰ τοῦ Διός· ὥστε ἐλελήθειτε δίδυμοι ὄντες ὁμομήτριοι. ΗΡΑ. οὔκ, ὦ μάταιε· ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν. ΔΙΟΓ. οὐκ ἔστι μαθεῖν τοῦτο ῥᾴδιον, συνθέτους δύ᾽ ὄντας Ἡρακλέας, ἐκτὸς εἰ μὴ ὥσπερ ἱπποκένταυρός τις ἦτε ἐς ἓν συμπεφυκότες ἄνθρωπος καὶ θεός. ΗΡΑ. οὐ γὰρ πάντες οὕτω σοι δοκοῦσι συγκεῖσθαι ἐκ δυεῖν, ψυχῆς καὶ σώματος; ὥστε τί τὸ κωλῦόν ἐστι, τὴν μὲν ψυχὴν ἐν οὐρανῷ εἶναι, ἥπερ ἦν * ἐκ Διός, τὸ δὲ θνητὸν ἐμὲ παρὰ τοῖς νεκροῖς; 5. ΔΙΟΓ. ἀλλ᾽, ὦ βέλτιστε Ἀμφιτρυωνιάδη, καλῶς ἂν ταῦτ᾽ ἔλεγες, εἰ σῶμα ἦσθα, νῦν δὲ ἀσώματον εἴδωλον εἶ· ὥστε κινδυνεύεις τριπλοῦν ἤδη ποιῆσαι τὸν Ἡρακλέα. ΗΡΑ. πῶς τριπλοῦν; ΔΙΟΓ. ὧδέ πως· εἰ γὰρ ὁ μέν τις ἐν οὐρανῷ, ὁ δὲ παρ᾽ ἡμῖν σὺ τὸ εἴδωλον, τὸ δὲ σῶμα ἐν τῇ Οἴτῃ κόνις ἤδη γενόμενον, τρία δὴ ταῦτα γίγνεται. καὶ σκόπει, ὅντινα πατέρα τὸν τρίτον ἐπινοήσεις τῷ σώματι. ΗΡΑ. θρασὺς εἶ καὶ σοφιστής· τίς δὲ καὶ ὢν τυγχάνεις; ΔΙΟΓ. Διογένους τοῦ Σινω-

---

vocativo latine dici posse neget ‚o tue', graece autem posse affirmet ὦ σὲ (ἀπὸ τοῦ σός). sed Lehmanno, qui τοῦ σοῦ Ἡρ. ab ὁ σὺ Ἡρακλῆς derivabat, obstat quod accurativus tantum ita ponitur tum id perraro. Apollonius De Pronom. p. 15 B. e Callimacho profert: νὰ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ et rursus τὸν σέ, e Menandro autem haec: νῦν δὲ κατὰ πόλιν | εὕρηκε τὸν ἕτερον, τὸν σέ, τὸν ἐμὲ τουτονί. alterum versum, cui se mederi posse Meineckius (Fr. C. IV p. 210) negavit, jam olim (De Acharn. p. 24 ad v. 111) vere correxi: ν. δ. κ. π.
λὰς
| εὕρηκε τὸν ἕτερον σὲ, τὸν ἐμὲ τουτονί. συνῆς 𝔄ΩΦ et v, συνεὶς B, συνεῖς O, συυησ Ψ (sic), in quo latere potest συνῆσθα. ὢν] ὂν 𝔄. ἢ εἰς] ἤεις c. παρὰ τὸν βίον BOD𝔄ΨΦad, παρὰ τῷ βίῳ ΔΩ, περὶ τὸν βίον bc. ἐπεὶ δὲ B𝔄ΨΦ, ἐπεὶ δ᾽ O et v, ἐπειδὴ δὲ ΔΩ. ἀπεθάνετε] ἀπέθανε 𝔄. ἐς θεοὺς ΨΩ et v, εἰς θεοὺς BO (ita O) 𝔄Φ. εἰς ᾅδου 𝔄ΩΦ et v, ἐς ᾅδου BOΨ. πάρει] παρη 𝔄. μηδ᾽] μηδὲ BΨΩΦ. ἀποκρίνασθαι] ἀποκρίνεσθαι ΩM soli. οὕτως BOΔDVTΨΦ, ἐξεπίτηδες 𝔄Ω, ἐπίτηδες edd. vett. frustra Hemsterhusius jungebat utrumque: οὕτως ἐπίτηδες (ἐξεπίτηδες). ἐρεσχηλοῦντα Ψ, ἐρεσχελοῦντα (ε ante λ in litura) B, ἐρεσχελοῦντα O𝔄ΩΦ et v. τοῦτ᾽ ἄκουσον O et v, τοῦτο ἄκουσον BΨΩ𝔄Φ. μὲν γὰρ BO𝔄ΨΩΦM, μὲν edd. vett. ἐν τῷ Ἡρ. ἦν] ἦν ἐν τῷ Ἡρ. 𝔄. τέθνηκε] τέθνηκεν 𝔄. ἐκεῖνο πᾶν] ἐκείνου παρὼν (ut videtur) Ψ. τοῦ Διὸς ἐν] τοῦτο Διὸς ἐν B, τοῦ Διός, τοῦτο ἐν O.

4. σαφῶς] σοφῶς Φ. φής, ἔτεκεν] ἔτεκε, φῆς 𝔄. ὑπ. Ἀμφ.] ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος 𝔄, ἐπ᾽ Ἀμφιτρύωνι D. ὥστε ἐλελήθειτε] ὥστ᾽ ἐλήθατε 𝔄, ὥστ᾽ ἐλελήθειτε Ω. δίδυμοι] δύο 𝔄. ὁ γὰρ αὐτὸς] οὐ γὰρ αὐτοὶ D, οὐ γὰρ αὐτὸς a. ἄμφω om 𝔄. οὐκ ἔστι] οὐκέτι O, οὐκέτι 𝔄Ω. μαθεῖν τοῦτο BOΨΦ et v, τοῦτο μαθεῖν 𝔄ΩM. δύ᾽] δύο BO𝔄ΨΩΦ. εἰ μή τις Ω. τις ἦτε] τις om 𝔄Ω. εἰς ἓν 𝔄ΩΦ et v, ἐς ἓν BOΔΨ. συμπεφυκότες] πεφυκότες 𝔄. γὰρ πάντες Φ, ut vel sine codd. scribendum erat, γὰρ καὶ πάντες caeteri et v. οὕτω] οὕτως Ω. δυεῖν BOΨΩMabc, δυοῖν 𝔄Φ et v. ψυχῆς om O. ψυχῆς καὶ σώματος] ψυχῆς τε καὶ σώματος 𝔄ΦDM. τί τὸ κωλῦον ἐστι Ψ et (qui κωλύον) BO et v. τί κωλῦον ἐστὶ 𝔄, τί κωλύει ΩM. ἐν οὐρανῷ] ἐν τῷ οὐρανῷ 𝔄. ἥπερ] εἴπερ O. τὸ δὲ] τὸν δὲ 𝔄. παρὰ] περὶ Ψ.

5. ταῦτ᾽ O et v, ταῦτα B𝔄ΨΩΦ. ἦσθα, νῦν] ἦς· τανῦν 𝔄. τριπλοῦν] tribus hominem partibus, animo, corpore et umbra constare etiam Servius ad Aen. IV, 654 censet, quo uno l. hic utitur Hemsterhusius. ego praeter schol. ad Od. λ', 602: ὅτι εἰς τρία διαιρεῖ, εἰς εἴδωλον, σῶμα, ψυχήν, item unum addo, qui partes agit risoris, Cottam Academicum ap. Cic. De Nat. D. III, 16: ‚non video, quo pacto ille, cui in monte Oetaeo illatae lampades fuerint, ut ait Accius, in domum aetheriam (ita olim correxi; libri: aeternam) patris ex illo ardore pervenerit: quem tamen Homerus apud inferos conveniri facit ab Ulixe, sicut caeteros —'. Ἡρακλέα] Ἡρακλῆν Ψ. εἰ γὰρ ὁ] εἰ μὲν γὰρ ὁ ΩM, ἔστι μὲν γαρ ὁ 𝔄. τὸ εἴδωλον] τὸ om Ω. σῶμα ἐλύθη BOVDTMΨΦ, sed pro his σῶμα ἐν Οἴτῃ edd. vett., σῶμα ἐνοί τη (sic) Ω, denique 𝔄 sic: σῶμα ἐντὸς ἡ. h. l. 𝔄 antiquam mendam servavit ENTOCH id est ἐν τῇ Οἴτῃ, ut supra scripsi collato Hermot. 7. at quicunque libri horum loco ἐλύθη habent, veterem habent conjecturam eamque pravam. nam post caelum et inferorum sedem loci certi mentione opus est. Hemsterhusius primum dubitat, utrum ἐν Οἴτῃ probet an ἐλύθη, postremo conjicit utrumque jungendum esse: τὸ δὲ σῶμα ἐλύθη ἐν Οἴτῃ, duplici lectione hic non melius confusa quam paullo ante § 3, ubi jungebat: οὕτως ἐπίτηδες. recte vero idem judicat de Eustathio ad Od. p. 1703 l. 18, qui et huc alludit et hic ἐν Οἴτῃ (vel ἐν τῇ Οἴτῃ) legisse videtur. γενόμενον] γεγενημένον Ψ. δὴ ταῦτα Ψ et v, ταῦτα δὴ BO, ταῦτα (om δὴ) 𝔄, ταῦτα ἤδη ΩΦM. vim habet τρία, non ταῦτα, ut vulgata nihil sit verius. γίγνεταί BO (ita O) Φ,

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 8 of 14

πέως εἴδωλον· αὐτὸς δὲ οὐ μὰ Δία μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις νεκρῶν ἀνδρῶν συνὼν Ὁμήρου καὶ τῆς τοσαύτης ψυχρολογίας καταγελῶ.

## XVII.

## * ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΑΝΤΑΛΟΥ. 406

1. ΜΕΝ. Τί κλάεις, ὦ Τάνταλε; ἢ τί σεαυτὸν ὀδύρῃ ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς; ΤΑΝ. ὅτι, ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους. ΜΕΝ. οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ἐπικύψας πιεῖν ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος κοίλῃ τῇ χειρί; ΤΑΝ. οὐδὲν ὄφελος, εἰ ἐπικύψαιμι· φεύγει γὰρ τὸ ὕδωρ, ἐπειδὰν προσιόντα αἴσθηταί με· ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, οὐ φθάνω βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος, καὶ διὰ τῶν δακτύλων διαρρυὲν οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μοι. ΜΕΝ. τεράστιόν τι πάσχεις, ὦ Τάνταλε. ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί δαὶ * καὶ δέῃ τοῦ πιεῖν; 407
οὐ γὰρ σῶμα ἔχεις, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐν Λυδίᾳ που τέθαπται, ὅπερ καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἐδύνατο, σὺ δὲ ἡ ψυχὴ πῶς ἂν ἔτι διψῴης, ἢ πίνοις; ΤΑΝ. τοῦτ' αὐτὸ ἡ κόλασίς ἐστι, τὸ διψῆν τὴν ψυχὴν ὡς σῶμα οὖσαν. 2. ΜΕΝ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτω πιστεύσομεν, ἐπεὶ φῂς κολάζεσθαι τῷ δίψει. τί δ' οὖν σοι τὸ δεινὸν ἔσται; ἢ δέδιας, μὴ ἐνδείᾳ τοῦ ποτοῦ ἀποθάνῃς; οὐχ ὁρῶ γὰρ ἄλλον ᾅδην μετὰ τοῦτον ἢ θάνατον ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον τόπον. ΤΑΝ. ὀρθῶς μὲν λέγεις· καὶ

---

γίνεται Ψ et v, γέγονε 𝔄, γεγένηται ΩΜ. ὅντινα ΩΜ, ὅντινα ἤδη 𝔄, ὅντινα δὴ ΒΟΨΦ et v. δὴ et ἤδη male iterata sunt e superioribus. πατέρα τὸν τρίτον ΒΟ (ita Ο) Ψ, τὸν τρίτον πατέρα ΩΜ, τρίτον πατέρα 𝔄, πατέρα τρίτον Φ et v. θρασὺς ΒΟ𝔄ΨΩΦ, θρασύς τις edd. vett. εἶ καὶ σοφιστής] καὶ σοφιστὴς εἶ Ω. vide D. Mort. 16, 3: θρασὺς εἶ καὶ λάλος, Jov. Conf. 19: θρασὺς γὰρ εἶ καὶ σοφιστής. τίς δὲ] τίς δαὶ ΒΟ. καὶ ὤν] ὢν καὶ D. οὐ μὰ Δία] οὐ μὰ Δί' Β, ut olim videatur hic etiam μὰ Δί' οὐ lectum fuisse. μετ'] μετὰ Ψ. ἀθανάτοισι θεοῖσιν] ἀθανάτοισιν 𝔄. at Diogenes integrum versum Od. λ', 602 recitat verbis οὐ μὰ Δία ludibrio insertis. τοῖς βελτίστοις νεκρῶν ἀνδρῶν ΒΨΦ, τοῖς βελτίστοις νεκροῖς ἀνδρῶν Ο, τοῖς βελτίστοις ἀνδρῶν Δ, τοῖς βελτίστοις τῶν νεκρῶν 𝔄ΩΜ, τοῖς βελτίστοις νεκρῶν edd. vett. συνὼν ΒΟDΨΦ, σύνεστιν 𝔄Ω, σύνεστι Μ, σύνειμι v. Ὁμήρου om Ο. τοσαύτης] τοιαύτης 𝔄. ψυχρολογίας ΒΟ𝔄ΨΩΦVDTXd, ψευδολογίας abc, quod glossema est, ut bene Hemsterhusius. καταγελῶ DΦ, καταγελῶν ΒΟ𝔄ΨΩ et v.

XVII.

vide quae paullo ante ad XVI, 1 diximus. at Tzetzes Onomacrito lenem Homeri emendationem (διόρθωσιν) tribuit. contra Aristarchus locum Od. λ', 565—627 διασκευαστῇ Homeri dederat, ut clare patet e schol. ad Od. λ', 584 et ibidem Eustathio. ita hoc unum reliquum est, ut cum Porsono ad Eur. Or. v. 5 hic locus poetae esse censeatur non illius quidem Homeri, sed antiquioris Onomacrito. certe quod Hemsterhusius ad h. l. versus illos de Tantalo siti fameque enecto ipsius Homeri esse volebat, posteriorum autem poetarum poenam imminentis saxi: id tacito l. l. refutavit Porsonus. nam poetae diasceuasta isto vetustiores, Archilochus, Alcaeus, Alcman saxum Tantali cervicibus impendere fecerant, quod antiquissimae poenae genus diasceuasta primus deseruit veritus opinor, ne semper saxa loqueretur, si ingens lapis Sisyphi (v. 594 sqq.) continuo terribilem sequeretur Tantali lapidem. ceterum Homericam de Tantalo fabellam satyrici, ubi ipsis ita quadrat, aut veram esse sancte credunt, ut noster in Charone 15 fin. et Timone 18 init., aut saltem concedunt esse utilissimam, ut Horatius in Serm. I, 1, 68.

1. κλάεις] κλαίεις 𝔄. ὀδύρῃ] οἰκτείρεις 𝔄ΩΜ. ἐπὶ τῇ λίμνῃ] De Luctu c. 8 Tantalus stetisse dicitur ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ, sed De Dipsad. 6 ἐν λίμνῃ, ut est in Od. λ', 583: ἑσταότ' ἐν λίμνῃ. νὴ Δί' 𝔄ΒΩ et v, νὴ Δία ΟΦ, νὴ Δία γε ΨΜ. ὄφελος] ὄφελες Ο. εἰ] ἂν 𝔄. αἴσθηταί με· ἢν δέ ποτε] αἴσθηται καὶ ἢν δέ ποτε 𝔄. καὶ ἀρύσωμαι] καὶ ἀρύσαιμι VTd, καὶ ἀρύσω Ω, ἀρύσωμαι (om καὶ) Ψ𝔄 (sed 𝔄 addit καὶ post αἴσθηται). ἄκρον om 𝔄. αὖθις om D. μοι ΒΟΔΩΦΜ, μου 𝔄Ψ et v. τί δαὶ (δαι Ο) καὶ δέῃ ΒΟ, τί δὲ καὶ δέῃ 𝔄DΦ, καὶ τί δέει Ψ, τί γὰρ καὶ δέῃ Ω et v. τοῦ πιεῖν] τοῦ πίνειν 𝔄, om haec Ω. πεινῆν] πεινεῖν Ο. ἔτι διψῴης ΒΟΦ, ἢ διψῴης pr m Ω, ἢ διψωοις (om ἔτι) 𝔄, ἔτι ἢ διψῴης Ψ et v. πίνοις] πίοις ΒΟΨ𝔄ΩΦ. τοῦτ'] τοῦτο 𝔄Ω. τὴν ψυχὴν ΒΟΨΩΦΜ, μου τὴν ψυχὴν 𝔄 et v.

2. οὕτω] οὕτως ΒΦ. πιστεύσομεν] πιστεύσωμεν Ο, πιστεύομεν 𝔄. κολάζεσθαι τῷ δίψει ΒΟΨ𝔄Φ, τῷ δίψει κολάζεσθαι Ω et v. δ' οὖν] οὖν 𝔄. ἢ] ἡ Β. ἀποθάνῃς] ἀποθάνεις Φ. ᾅδην μετὰ τοῦτον ΒΟΨ𝔄ΩΦ, μετὰ τοῦτον ᾅδην v. ἐντεῦθεν] ἐνταῦθά που ΩΜ soli. εἰς ἕτερον Ω et v, ἢ ἕτερον ΒΟΨ𝔄ΦVTDd. hinc pro ἐντεῦθεν ἢ scribo ἢ ἐντεῦθεν hoc modo: ἢ θάνατον ἢ ἐντεῦθεν ἕτερον τόπον, praesertim quum syntaxis θάνατος εἴς τινα τόπον plane sit inaudita. καταδίκης] ἐστὶ add

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν μηδὲν δεόμενον. ΜΕΝ. ληρεῖς, ὦ Τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς ποτοῦ δεῖσθαι δοκεῖς, ἀκράτου γε ἐλλεβόρου νὴ Δία, ὅστις τοὐναντίον τοῖς ὑπὸ τῶν λυττώντων κυνῶν δεδηγμένοις πέπονθας οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὴν δίψαν πεφοβημένος. ΤΑΝ. οὐδὲ
408 τὸν ἐλλέβορον, ὦ Μένιππε, ἀναίνομαι πιεῖν, * γένοιτό μοι μόνον. ΜΕΝ. θάρρει, ὦ Τάνταλε, ὡς οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν· ἀδύνατον γάρ. καίτοι οὐ πάντες ὥσπερ σὺ ἐκ καταδίκης διψῶσι τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος.

---

## XVIII.

## ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

1. ΜΕΝ. Ποῦ δὲ οἱ καλοί εἰσιν ἢ αἱ καλαί, ὦ Ἑρμῆ; ξενάγησόν με νέηλυν ὄντα. ΕΡΜ. οὐ σχολή μοι, ὦ Μένιππε· πλὴν κατ' ἐκεῖνο ἀπόβλεψον ἐπὶ τὰ δεξιά, ἔνθα Ὑάκινθός τέ ἐστι καὶ Νάρκισσος καὶ Νιρεὺς· καὶ Ἀχιλλεὺς καὶ Τυρὼ καὶ Ἑλένη καὶ Λήδα, καὶ ὅλως τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα.

---

M solus. τὸ om 𝔄. ληρεῖς — Δία] haec adfert Apostolius XIV, 30ᵃ p. 614. γε ἐλλεβόρου] ελεβορου (om γε) 𝔄 et mox: ελεβορον. λυττώντων] λυττόντων B. λυττώντων κυνῶν] κυνῶν λυττώντων Ω. τὸν ἐλλέβορον] τὸ ἐλλέβορον O solus. Thomas p. 156, 14 hinc adfert οὐδὲ τὸν ἐλλέβορον ἀναίνομαι πιεῖν, ut doceat ἐλλέβορος ἐπὶ ἀρσενικοῦ dicendum esse. γένοιτό μοι μόνον 𝔄ΨΩ et v, γένοιτο μόνον BOΦ. ὦ Τάνταλε] ὦ om 𝔄. ὡς] ὥστε Ψ. σὺ οὔτε] haec om Ω. πίεται] πίηται Ψ. διψῶσι] δρῶσι Ψ. τοῦ ὕδατος] καὶ τοῦ ὕδατος Φ. ὑπομένοντος] ὑποστέγοντος supra scriptum in M.

XVIII.

Μένιππος καὶ Ἑρμῆς (bis, sed in Indice om καὶ), A, Ἑρμοῦ καὶ Μενίππου B.

1. ποῦ δὲ] ποῦ δαὶ BO. ὦ Ἑρμῆ BOΨΦ et v, Ἑρμῆ 𝔄ΑΩF. ξενάγησον] ξενάγισον BO (ita O), ξεναγώγησον 𝔄. σχολή μοι DAF, σχολὴ μὲν BO𝔄ΨΩΦ et edd. vett. ἐκεῖνο ἀπόβλεψον 𝔄ΩAFDa, ἐκεῖνο αὐτὸ βλέψον BOΔΨ et ubi sec m ἀπόβλεψον suprascr. Φ, ἐκεῖνο αὐτὸ ἀπόβλεψον T et v. ἐπὶ BOΨ et pr m Φ et (V), ὡς ἐπὶ 𝔄ΩAF et sec m Φ et v.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 

# INDEX LECTIONUM.

## In ordine theologico.

Dr. Fridericus Adolphus Philippi, P. P. O., 1) privatim Pauli ad Corinthios epistolam primam interpretabitur quinquies p. h. h. XI; 2) Isagogen in Novum Testamentum docebit quinis p. h. scholis h. XII.

Dr. Joannes Bachmann, P. P. O., 1) privatim Genesin explicabit, quinquies p. h. hora III; 2) privatim Vaticinia Joelis, Amosi, Michae interpretabitur, diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora IV; 3) privatissime sed gratis selectas patrum ecclesiae conciones explicandas proponet, bis p. h. horis defin.; 4) publice in Seminario homileticas sodalium exercitationes moderabitur, die Lunae hh. VI—VIII vesp.

Dr. Augustus Guilielmus Dieckhoff, P. P. O., 1) privatim historiae ecclesiasticae partem primam quinquies p. h. h. IX, 2) privatim historiam doctrinae protestantium quinquies p. h. h. X, 3) publice historiam dogmatum aetatis mediae die Mercurii h. VI et h. VII tradet et 4) publice in Seminario exercitationes catecheticas die Saturni h. XI et XII moderabitur.

Dr. Ludovicus Schulze, P. P. O., h. t. Decanus, 1) privatim encyclopaediam et methodologiam, conjunctam cum historia theologiae quinquies p. h. hora VII—VIII tradet; 2) privatim theologiam ethicam quinquies p. h. hora VIII—IX docebit; 3) privatissime sed gratis exercitationes dogmaticas binis p. h. scholis die Jovis h. VI—VIII instituet.

## In ordine juridico.

Dr. Hugo Boehlau, P. P. O., privatim 1) historiam juris Germanici exponet quinquies h. XII; 2) jus mercatorium et cambiale tradet sexies h. X; 3) practicum q. v. juris Germanici instituet binis p. h. horis definiendis.

Dr. Augustus Thon, P. P. O., 1) institutiones juris romani tradet quinquies p. h. h. c.; 2) historiam juris romani docebit quinquies p. h. hora XII.

Dr. Carolus Birkmeyer, P. P. O., h. t. Decanus, 1) jus criminale Germanicum tradet senis p. h. scholis diebus Lunae, Martis, Mercurii horis VIII—X; 2) conversatorium offert de jure criminali die Jovis horis VIII—X; 3) procedendi in concursu creditorum modum secundum novas imperii Germanici leges docebit publice die Veneris horis VIII—X.

Dr. Franciscus Bernhöft, P. P. O., 1) pandectarum partem primam (regulas generales) exponet quater h. X; 2) jus hereditarium Romanorum docebit quater h. XI; 3) practicum quod vocant civile instituet die Veneris hh. V—VII.

Dr. Guilielmus Kahl, P. P. E. Des., processum criminalem Germanicum docebit quinquies p. h. hora XI.

## In ordine medico.

Dr. Hermannus Stannius, P. P. O., adversa valetudine impeditus nullas scholas habebit.

Dr. Theodorus Thierfelder, P. P. O., 1) pathologiam et therapiam specialem ternis diebus h. IX docebit; 2) de aegrotis policlinicis disseret horis definiendis; 3) exercitationes practicas in clinico medico quinis diebus h. X moderabitur.

Dr. Hermannus Rudolphus Aubert, P. P. O., 1) publice encyclopaediam et methodologiam scientiae medicae diebus Lunae et Jovis hora III—IV, 2) privatim physiologiae partem priorem (functiones vegetativas) quotidie hora IX—X tradet; 3) privatissime moderabitur exercitationes physiologicas per hebdomadem trinis horis.

Dr. Guilielmus de Zehender, P. P. O., 1) ophthalmologiam ternis diebus hora IX—X docebit; 2) exercitationes practicas in clinico ophthalmiatrico diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. XII—I et dim. moderabitur; 3) cursum operationum, quae in arte ophthalmiatrica adhibentur horis definiendis reget.

Dr. Fridericus Schatz, P. P. O., 1) de partu normali et enormi ter per hebd. disseret hora IX; 2) operationes, quae in arte obstetricia adhibentur, ope corporum artificialium exercendas moderabitur bis p. h. hora VII; 3) in clinico gynaecologico exercitationes practicas quinquies p. h. moderabitur hora VIII; 4) tocologiam experimentis docebit horis binis p. h. publice.

Dr. Fridericus Sigm. Merkel, P. P. O., 1) anatomiae systematicae partem secundam (angiologiam et neurologiam) organis sensus exceptis quaternis diebus h. XII—I docebit privatim; 2) histologiam generalem una cum exercitationibus practicis quater p. h. hora X—XI moderabitur privatim; 3) anatomiam topographicam c. h. tractabit ternis p. h. horis definiendis privatim.

Dr. Carolus Gaehtgens, P. P. O., 1) chemiam physiologicam quaternis diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis h. VIII privatim, 2) toxicologiam et chemiam forensem junctam cum exercitationibus analyticis docebit ternis diebus horis definiendis privatim; 3) exercitationes chemicas et ex physiologia et ex pathologia in laboratorio ter horis definiendis moderabitur publice.

Dr. Fridericus Trendelenburg, P. P. O., 1) chirurgiam specialem ternis diebus docebit privatim; 2) exercitationes practicas in clinico chirurgico moderabitur diebus Lunae, Mercurii, Veneris h. XI—XII, diebus Martis, Jovis, Saturni h. XI et dim. — I; 3) cursum operationum q. v. moderabitur horis definiendis.

Dr. Albertus Thierfelder, P. P. O., h. t. Decanus, 1) anatomiam pathologicam specialem quotidie hora VII docebit; 2) cursum anatomes et histologiae pathologicae habebit additis demonstrationibus et exercitationibus cadavera rite dissecandi diebus Lunae, Mercurii, Veneris hora III—V.

---

Dr. Julius Uffelmann, P. P. E. Des., 1) privatim hygienam privatam et publicam quater, per hebdomadem, 2) publice hygienam quae discentes spectat et docentes, semel per hebdomadem, medicinae studiosis aliorumque ordinum commilitonibus, 3) privatim infantum morbos quater per hebdomadem tractabit.

---

Dr. Guilielmus Brummerstaedt, morbos mulierum ternis per hebdomadem horis definiendis tractabit.

Dr. Paulus Schiefferdecker, de structura organorum sensus (visus, auditus, olfactus, gustus) tactu excepto bis per hebd. disseret privatim.

---

# In ordine philosophico.

Dr. **Franciscus Volcmarus Fritzsche**, P. P. O., Academiae Senior, 1) privatim ternis diebus h. XI Aristophanis Aves explicabit; 2) publice Seminarii philologici exercitationes more solito reget, in quo fabula aliqua Plauti et Sophoclis Trachiniae legentur.

Dr. **Joannes Roeper**, P. P. O., 1) privatim docebit elementa anatomes plantarum die Saturni h. X—XII; 2) privatim botanicen generalem exponet demonstrationibus et exercitationibus illustrandam, quinis diebus h. XI—XII; 3) publice itinera botanica instituet die Saturni, horis pomeridianis.

Dr. **Ludovicus Bachmann**, P. P. O., 1) privatim Callimachi hymnos et epigrammata interpretabitur; 2) privatim Tibulli carmina explicabit; 3) privatissime quater p. h. topographiam veteris graeciae enarrabit.

Dr. **Fridericus Guilielmus Schirrmacher**, P. P. O., h. t. Academiae Rector, privatim 1) historiam nationis Germanicae a Caroli V electione usque ad annum 1789 docebit quinis diebus h. XII; 2) geographiam universalem tradet binis diebus h. XI; 3) publice seminarii historici exercitationes moderari perget binis diebus.

Dr. **Henricus de Stein**, P. P. O., 1) historiam philosophiae qualis recentioribus temporibus exculta est, quater p. h. h. IV—V diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris, 2) psychologiam quater p. h. h. III—IV, diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris, 3) paedagogicen binis p. h. h. IV—VI die Mercurii tradet.

Dr. **Reinholdus Bechstein**, P. P. O., 1) privatim Hartmanni domini ab Aue poema de beato Gregorio interpretabitur bis per hebd. h. X—XI; 2) privatissime palaeographiam theodiscam tradet bis per hebd. h. X—XI; 3) privatim grammaticam franco-gallicam medii aevi docebit simulque carmina selecta interpretabitur ex libro Caroli Bartschii „Chrestomathie de l'ancien français“ bis per hebd. h. IX—X; 4) exercitationes Seminarii germano-philologici moderari perget, in quo et carmina Conradi magistri Herbipolensis et opera dramatica Henrici de Kleist tractabuntur.

Dr. **Arminius Comes de Lippe**, P. P. O., privatim 1) de fundis emendandis exponet bis p. h.; 2) de augenda animalium prole disseret bis p. h.; 3) conversatorium habebit quater p. h.

Dr. **Oscarus Jacobsen**, P. P. O., privatim 1) chemiam anorganicam quinquies per hebd. docebit; 2) exercitationes experimentales in laboratorio chemico quinquies per hebd. moderabitur; 3) publice de praeparatis chemicis officinarum bis per hebd. disseret.

Dr. **Hermannus Grenacher**, P. P. O., 1) morphologiae animalium partem alteram, systema et anatomiam comparatam animalium vertebratorum amplectentem quinquies p. h. privatim tractabit; 2) exercitationes zoologicas et zootomicas quotidianas instituet privatissime.

Dr. **Ludovicus Matthiessen**, P. P. O., h. t. Decanus, privatim 1) physices experimentalis partem primam docebit quinquies p. h. hora VII; 2) exercitationes physices practicae instituet.

Dr. **Richardus Foerster**, P. P. O., privatim 1) mythologiam Graecorum et Romanorum enarrabit die Lunae, Martis, Jovis, Veneris hora VIII; 2) de arte metrica Graecorum et Romanorum disseret die Lunae, Martis,

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 13 of 14

Jovis hora IX; 3) ectypa statuarum antiquarum quae sunt in museo civico explicabit semel per hebd. hora definienda; 4) publice in societate philologa Propertii elegias interpretandas proponet et scriptiones sodalium recensebit die Veneris hora IX; 5) exercitationes archaeologicas moderabitur semel per hebd. hora definienda.

Dr. Martinus Krause, P. P. O., 1) privatim calculum differentialem et integralem tractabit diebus Lunae et Jovis hora XI usque ad I; 2) privatim theoriam linearum et superficierum curvarum moderabitur diebus Martis et Veneris hora XI—I; 3) exercitationes mathematicas instituet die Mercurii hora XI—I.

Dr. Fridericus Guilielmus Martinus Philippi, P. P. O. Des., 1) privatim syntaxin linguae hebraicae bis p. h. docebit; 2) privatim selectos linguae sanscriticae textus bis p. h. explicabit; 3) privatim arabicam Arnoldi chrestomathiam bis p. h. interpretabitur; 4) privatim elementa linguae syriacae non sine explicatione chrestomathiae syriacae ed. Aemil. Roediger bis p. h. tradet; 5) gratis lectionem quae dicitur cursoria librorum Numerorum et Deuteronomii bis p. h. moderabitur.

---

Dr. Reinholdus Heinrich, P. P. E., privatim practicum agrario-chemicum quinquies p. h. reget.

Dr. Eugenius Geinitz, P. P. E. 1) geologiam tradet sexies p. h. privatim atque excursionibus illustrabit semel p. h. horis pomeridianis; 2) petrographiam ac microscopicam lapidum physiographiam tractabit privatim bis p. h.

Dr. Carolus Weinholtz privatim 1) introductionem in philosophiam ideisticam docebit; 2) colloquia philosophica, nec non critica offert.

Dr. Julius Robert 1) privatim quater p. h. de lingua gallica practicas scholas habebit; 2) privatim historiam literarum franco-gallicarum docebit quater p. h.; 3) privatim de variationibus linguae gallicae disseret quater p. h.

Dr. Felix Lindner, Chauceri „Canterbury Tales" bis per hebdom. enarrabit.

Dr. Hermannus Kretzschmar socios seminario homiletico-catechetico adscriptos modos, qui in cantionali Mecklenburgensi continentur, docebit et cujusque ordinis studiosis recte canendi principia offert.

---

**Bibliotheca** Academica diebus et horis lege constitutis, **conclave judiciis academicis et secretarii** officiis destinatum h. XI—XII quotidie patebit, **museum** autem die Lunae h. II—IV commilitonibus nostris aliisque aperietur. Peregrinas linguas ut Anglicam discendi copia facta est. Sunt etiam magistri, qui alias artes liberales veluti gymnasticen publice profiteantur.

Summo academiae magistratu nunc fungitur

**Fridericus Schirrmacher,** Ph. Dr.

Praesidet ordini Theologorum **Ludovicus Schulze,** Th. Dr.
Jurisconsultorum **Carolus Birkmeyer,** J. U. Dr.
Medicorum **Albertus Thierfelder,** M. Dr.
Philosophorum **Ludovicus Matthiessen,** Ph. Dr.